
DE VITA VIRI PRÆSTANTISSIMI VIRGINII CÆSARINI LYNCEI, IULIANI, CIVITATIS NOVÆ...


Josse : de Rycke



DE VITA
Viri Præstantissimi
VIRGINII CÆSARINI
LYNCEI,
IVLIANI, Civitatis Novæ DVCIS,
BARONIS ROMANI, F.
LIBER.
Auctore
IVSTO RIQVIO BELGA
CANONICO GANDAVENSI, CIVE ROMANO.



MDC.

XXIX.


PATAVII ANTENORIS
Typographeio IOANNIS THVILII. *Superiorum permissu.*

ILLVSTRISSIMO IVVENI

D. IOANNI CONTARENO, FRANCISCI F.

PATRITIO VENETO,

Domino suo perpetuâ observantiâ colendo

IOANNES THVILIVS MARIÆMONTANVS, S. & F.

DVm nuper in loculatum tuum Scriniolum, segmentata elegantia affabrè confectum, meoq; usui ad tuum in patriam reditum benignissimè abs te concessum, selectiora quædam Schediasmata transferrem, Illustrissime Domine Ioannes, incidit in manus meas VITA VIRGINII CAESARINI, Lyncei, Principis Romani, à Iusto Riquio descripta, mihique ab amico superioribus mensibus amicè communicata. In qua cùm viderem vivum quoddam omnium virtutum exemplar expressum, dignam judicavi, quæ in publicam lucem obstetricante pręlo meo edatur, tuęq; ad summa natæ indoli offeratur. Ea itaq; pleno gradu hinc Romam ad te properat, tibiq; VIRGINIVM redivivum quodammodo repræsentat: ut vel hinc animadvertas, te jam Romæ vivere, te illius Vrbis solum calcare, quæ olim assueta generosos

neroſos producere animos, necdum noſtra hac ætate effœtam eſſe aut ſterilem. Adderem etiam, hanc CAESARINI admirandam in flore ætatis, in ſublimi Fortunæ gradu virtutem tuos excelſos ſpiritus excitare & acuere poſſe, niſi probè mihi conſtaret, quibus præſidiis tua juventus innitatur; nempe auita generis nobilitate, parentum ſumma prudentia, & maximè Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. fratris tui, Abbatis Collenſis, aſſiſtente genio, quibus tua vivida indoles optimè credita eſt. Ecquem tot domeſtica exempla virtutum non excitent? A me verò, Illuſtriſſ. tuæ domus, totiuſq; familiæ Contarenæ cliente, ita hoc munuſculum accipias velim, ut majora aliquando exſpectes, cùm te ad illa ſumma, quæ excitata ſpes promittit, major ætas, & ſpirans ex vultu tuo majorum virtus propulerit. Intereà dum in vires præclaris rebus maturas exſurgis, Thuilium tuum, ut ſoles, favore & amore complectere, qui tibi, generoſe ſanguis, Illuſtriſſimoq; D. Abbati, qui Eccleſiaſticæ dignitati prudentia, eruditione, & inculpatæ vitæ tenore ſuccreſcit, felix anni auſpicium, & fauſta omnia animitus auguratur. Vale.

Patavij, Kalend. Ianuar. Anno 1629.

DE VITA
Viri Præstantissimi
VIRGINII CÆSARINI
LYNCEI.

LIBER.

BEnè olim ac sapienter de M. TVLLIO, Romanæ eloquentiæ miraculo, est dictum, eum Virum fuisse, ad quem dignè laudandum TVLLIO ipso laudatore opus esset. Divinas namque clarissimorum hominum virtutes profani & imperiti non intelligunt; eruditi atque elegantes, nisi ad parem excellentiæ gradum pervenerint, difficulter adsequuntur. Pictores certè videmus, cùm eximia forma repræsentanda est, omnia artis suæ blandimenta consumere; in plebejo aut quotidiano aliquo vultu effingendo minùs laborare. Adeò effecta illa Naturæ simulacra potiùs admiratio consequitur, quàm industria cujusquam exprimat: neque tam facilè vivas eorum imagines adumbramus, quàm pulchritudinem intuemur. Etsi verò non ea nobis facundia est, quę VIRGINII CÆSARINI (quem describendum suscepimus) FAMÆ IMMORTALITATI respondeat; conabor tamen summa earum rerum lineamenta producere, quæ uti nostris hominibus, dum viveret, admirabilem fecêre; æternam ei apud posteros memoriam comparabunt. Erit post me fortasse aliquis, qui Musis, ac Pallade volentibus, amœniori filo VIRGINIANAM hanc telam pertexet, ego solâ pietate contentus ero: fretus etiam officii conscientiâ, quod ELEGANTISSIMIS MANIBVS lubentiùs sanè quàm artificiosiùs impendi. Olim proclamabatur apud Eleusinios, VT NEMO INTRARET, NISI QVI SE INNOCENTEM SCIRET: Ad tua, CÆSARINE, Virtutum ac Sapientiæ adyta nemo admittendus esset, nisi qui se ingenio non imparem nôsset, ut de te dicere liceret, quod de cognomine tuo VIRGINIO RVFO: hunc felicitati tuę supremum cumulum accessisse, eloquentem laudatorem. Interim quâcumque cœli regione es, pura atque innocens anima, terrenâ nunc contagione soluta, dirige nutantem stylum, forma scribentem de Te animum, ut (quod votis omnibus optandum fuerat) VIRGINIVS VIRGI-

NIVM dictet: nostræque in Te pietati tribuas, nihil ignorare, quod de Te scribi possit; nihil præterire, quod ad Gentis Illustrissimæ gloriam, & generis humani bonum pertineat, quàm diutissimè conservari.

VIRGINIVM CÆSARINVM ROMA Vrbs Vrbium edidit, Patria omnium nobilissima; quam & Gentium Reginam ac Dominam, & Orbis compendium, ac Virtutum omnium Larem Veteres appellavêre. Quæ uti olim armorum principatu totum ferè terrarum Orbem complexa ad remotissimas quasque gentes pervenit, ita hodie divinę Religionis imperio Mundo venerabilis sub PONTIFICVM MAXIMORVM providentiâ regitur, & reddita quadamtenus Veterum decorum majestate reflorescit.

Hanc patriam nactus VIRGINIVS, parem patriæ generis splendorem divinâ benignitate consequutus. Natus enim inclytâ CÆSARINORVM PRINCIPVM stirpe, quæ multos sago togâque spectabiles produxit: & ipso nominis sono DIVORVM CÆSARVM parentelam, augustámque prosapiam audientibus insinuare videtur. Huic uni concessum, perpetuo ac solemni privilegio P.R. Vexillum in publicâ quâvis pompâ præferre: non sine omine, nasciturum olim ex eâ LITTERARVM CÆSAREM, qui domesticę Iuventuti ad pulcherrimarum artium studia, velut ex arce Sapientiæ, signum præmonstraret. Fuêre inter eximia ejus familiæ decora IOANNES atque OTHO CÆSARINI, bellicâ in Syriam expeditione nobiles; eo scilicet tempore, quo flos Christiani Orbis, BVLIONIO Duce, sacra Palęstinæ loca, & ipsam Pietatis sedem Hierosolymam, impiis hominibus infestam, sacro Marte expugnavit. Fuit & inter bis quatuor ex eâdem stirpe sacri Collegii tribus sæculis creatos Senatores illustre nomē IVLIANI CÆSARINI, quem uti sub MARTINO V. Pontifice in Concilio Basileensi aliquandiu Præsidem, ob raras ingenii dotes, insignémq; vitę sanctimoniam, omnes suspexerunt: ita mox in Florentino EVGENII IV. Pontificatu (quâ fuit linguarum scientiarúmque peritiâ) Græcos dissentientes acerrimè redarguentem, Orbis terrarum admiratus est. Hujus enim potissimùm industriâ, & flexanimi (ut Veteres optimè dicebant) eloquentiâ, effectum, ut depositis veteribus odiis, & opinionum diversitate sublatâ Græcanica Ecclesia Latinę conciliaretur, ínque eandē de rebus divinis sentētiam summo Orbis Christiani gaudio unanimiter conspiraret. E tam generosâ ac vetustâ Familiâ patrem habuit VIRGINIVS IVLIANVM, Ducem (ut hodie loquimur) Civita-novanum in Picœno: Avum IOANNEM GEORGIVM, iisdem quibus parens titulis insignitum; ambos Magnates Romanos, quos Barones dicunt, Ardeę Lavinii antiquorum Rutulorum Dominos. Si maternum genus respicimus, ingens etiam hic splendor, & superbi tituli. VRSINORVM enim gens totâ passim Europâ, & in Europæ, immò Orbis totius capite Româ, celebra-

lebratiſſima, Matrem ei dederat LIVIAM, Avum VIRGINIVM, unde & nomen VIRGINIO noſtro inditū. Fuit is Sangeminianus Regulus, è Gravinæ Ducibus, & Nerulanis Comitibus generoſiſſimis oriundus. Atque adeò duarum clariſſimarum familiarum plantę velut coalitę florem illum nobiliſſimum produxerunt, cujus virtutum ac eruditionis fragrantia non Vrbem modò, & finitimam Italiam; ſed remotas etiam nationes divinâ quâdam ſuavitate perfudit. Neque tunc primùm harum familiarum matrimonia conſtiterunt; Vetuſtiora etiam exempla ſunt, quę Annales evolventi neque moleſtum, neque difficile erit invenire.

Lucem natalem habuit VIRGINIVS diem X. ex ante Kal. Novembres, horam ejus diei XV. Anni à reparato humano genere MDXCV. ſub ultimum ſcilicet admirandi illius ſæculi luſtrum, quo nullum fęcundius in omni artium ac ſcientiarum genere ne ambitioſa quidem ſuarum rerum oſtentatrix Antiquitas habuit. Sicuti ergo ſolare lumen ſub veſperam intuentibus formoſius apparet; aut lumina intermoritura vegetiores emittunt radios; vel quemadmodum pulchri anni pulcherrimus eſt Autumnus: ita laudatiſſima ætas jam ad ſenium & interitum vergens, ne effœtam ſe aut degenerem probaret, prodigioſum Mundo ingenium édidit, omni quaſi adverſus ingruentis ævi barbariem Naturę ſuę vigore collecto. Neque diu abſcondita tam præſtantis ingenii vis ſub pueritię involucro, aut infantilibus merſa crepundiis latuit. Ab ipsâ Aurorâ Solem ſibi pulcherrimum ROMA pollicita, cùm puer ſeptennis jam inde ea induſtriæ ac ſolertiæ προγυμνάσματα edidit, quæ in omen robuſtioris virtutis & exquiſitę Sapientiæ à prudentioribus caperentur. Pueri certè indolem, & ingenii acrimoniam in eâ ætatulâ ſic admiratus fertur BONIFACIVS CARD. CAIETANVS, Vir genere ac eruditione magnus, ut ſe à VIRGINIO aliquid diſcere ſubinde apud adſtātes fateretur: eúmque in ſpem Vrbis, & familiæ creſcere non vanè præſagiret.

Neque defuit tot præjudiciis ac præſagiis ſubſecuta pueritiam ætas, cùm ſcilicet paulò pòſt ad Parmenſe Athenæum concedens, litteris primùm amœnioribus non tinctus, inſano multorum more, ſed imbutus animum excoluit; probè noſcens, quanta in ingenio liberali ſit vis Hermathenæ, cùm ſcilicet amœnitati Muſarum, & politiori facundiæ auſteriora ſapientiæ ſtudia conjungantur. Duodecimo igitur ætatis anno à Philologiæ caſtris ad Philoſophiam tranſiens, eo tempore ad ſcientiarum omnium culmen pervenit, atque illa

Edita doctrina Sapientûm Templa ſerena,

quo alii vix ſolent in primo eruditionis limine conſiſtere. Illud certè prodigioſum in adoleſcente fuit, tantâ ingenii ſubtilitate, támque exactâ judicii acrimoniâ excelſioris ejus diſciplinæ dogmata eſſe complexum, ut jam tum omnes penè viros vinceret: nullum certè ſuo-

rum æqualium parem sibi haberet. Hinc effectum, ut quoties, recepto scholarum more, publicè ipsi differendum, aut de propositâ Quæstione disputandum esset, tantus ad VIRGINIUM concursus fieret, quantus ad alium ejus Athenæi neminem, *Omnes ad illius os* (quod Poëta vetus ait) *ora obvertêre sua.* ipsúmq; non veluti Adolescentulum sapientiæ Candidatum, sed quasi Numen aliquod Cœlo delapsum, aut Oraculum è cortinâ prolatum confertim audire gestirent. De Atticâ Phidiæ Minervâ dictum alicubi apud M. Tullium est, *Signum istud semel adspectum & probatum fuisse.* De VIRGINIO quis non afferat, quamprimùm hominibus cognitus & ostensus fuit, laudem simul & commendationem supra hominem meruisse? Neque verò hunc digressum minor admiratio consequuta, Romę presertim, cùm non de turbâ tantùm eruditulí ipsum redeuntem amplexi, sed præcipui è florę humani generis Senatu Patres scientiis exculti, velut scientissimum habuerunt, mutuísque dehinc velut officijs certârunt, quis quid in VIRGINIUM benevolentiæ, ornamentíque conferret. Porrò uti sapientiæ fructus dulces esse, amaras laborum radices, etiam in feracissimis ingeniis sentimus; nostro tamen accidit, uti amaritudinem illam etiam eâ ætate, quę aliquid à nobis voluptatis quasi tributum suum exigit, quibusvis illecebris ac deliciarum blandimentis potiorem existimaret. Quare & nobilis illa ejus vox celebrata est, cùm ab æqualibus ad spectacula quædam visenda vocaretur: Satis sibi spectaculorum domi in Musæo suo esse: nihil se extrà festivitatis vel amœnitatis requirere. Itém illa, Lydios olim populos sapienter fecisse prædicantis, qui, quò ventrem fallerent, ludos invenissent: sibi enim ludos litterarios (ita studia per jocum vocabat) stomachum abundè latrantem compescere. Neque dicta factis discrepabant: continuati in studiis sæpè noctibus dies, & diurno lumini nocturna lucerna subjuncta parùm temporis quieti, dum valeret, atque adeò quatuor non plùs horis datum: frugali cœnæ aut prandiolo vix illud impensum, quod exigenti naturæ, aut potiùs à litterato labore languescenti, aliquid solatii à cibo impertiret. Adeò viris illis magnis persuasum est, post sapientiam omnia habenda, neque se aliter vivere, nisi ut studeant, aut valetudinem sibi aliò optádam, quàm ut Musis operentur. Quo in genere, ut antiquiores taceam, Carneadem, Varronem, Plinium, Didymum, Hieronymum; recens Guilielmi Budæi admirabilis diligentia est, ne ipso quidem nuptiali die, quo severiora omnia seponi solent, à pertinaci aliquod horarum studio sibi temperantis. Vnde non inconcinnè quidam è laudato illo numero verba Epigrammatarii Poëtæ,

Non est vivere, sed valere, vita: παρωδικῶς ita convertebat.
Non est vivere, sed studere, vita.

Hujus genii cùm esset CÆSARINUS, ingenióq; juxtà fœcundo & admira-

mirabili polleret, ad eum doctrinæ & scientiarum apicem pervenit, quem rarò quivis è plebe, viaticum sibi vitæ è studiis comparans, ne dicam ullus ex tam illustri, & patritio sanguine natus, ascendit. Ita enim studiis indulgebat nobilissimus Adolescens, ac si omni prorsus indole, & ingenio careret; ita ingenio in rebus arduis utebatur expedito, ut exiguo ei prorsus studio opus fuisse ad eruditionem consequendam, quivis non obesę naris facilè judicaret. Iudicio tamen illi minimè acquievit, quo vulgato errore dociliotibus adolescentulis laborum velut missionem facimus: non nescius scilicet, tunc illos ad summam frugem solere pertingere, cùm spes desidiâ non perditur, aut laudatę indoli assidua lucubrandi diligētia non denegatur. Multi, ait Stoicus Sapiens, poterant ad sapientiam pervenire, nisi putarent se jam pervenisse: censebat ipse multos eruditos fieri potuisse, nisi nimiam ingenii sui fiduciam habuissent. Hanc igitur culpam cùm vitaret studiosissimè CÆSARINVS, tā multa eâ ætate legit, pervidit, evolvit, perscrutatus est, ut de illo quis dicere jam tum potuisset, nihil superesse, quod disceret, nihil esse, quod ignoraret. Si quid in Theologicis arduum, in Philosophicis dubium, in Mathematicis laboriosum, in Philologis reconditum, in Musicis amœnum; vel in scriniorum pulvere delitesceret, vel in publicâ luce niteret, manus ejus non effugerat. Non è Romanis tantùm scriptis, aut Græcis, sed Arabicis, Hebraicis, Exoticis: quorum omnium arculas & excussas, & examinatas habebat. Eúmque lucubrandi laborem eò libentiùs subibat, quòd experimento jam cognovisset, verum esse illud sanctissimi Scriptoris: Qui scripturarum studia amabit, vitia carnis non amaturum. Duplicem namq; pulcherrimi laboris fructum è studiis se capere affirmabat: insignem scilicet animi castimoniam, quam toto vitæ tempore retinuit: & eximiam Dei caritatem, quam ex rerum cœlestium, & humanarum meditatione magnis in se incrementis argescere sentiebat. Vtinam verò præclaris ejus exemplis incitati nobiles adolescentes, in lubrico illo ætatis flexu, ad virtutis potiùs ac sapientiæ callem, etsi difficilem, cum Hercule Prodicio: quàm ad amœna, sed pestifera voluptatum vireta animum, gressúmque converterent: non tot passim miseranda mentium exitia; non tot clarissimarum familiarum, immò Civitatum ac Populorum excidia, non sine lacrymis, & suspirio cottidie intueremur. Vt verò fertiliores agri solent, cùm diligentiùs excoluntur, gratiam colono rependere, & fœnebri feracitate luxuriare; ita fœcundissimum VIRGINII ingenium assiduis lucubrationibus excultum in lætissimam artium ac scientiarum omnium segetem expullulavit.

Hactenus certè, ut jam Romæ & in Romano Orbe VIRGINIVS non eruditus modò, sed ipsius tamquam eruditionis simulachrum haberetur. Hinc ingentes illi doctrinarū acervi, quasi in horreū reconditi, unde

Si

rum æqualium parem sibi haberet. Hinc effectum, ut quoties, recepto scholarum more, publice ipsi differendum, aut de proposita Quæstione disputandum esset, tantus ad VIRGINIVM concursus fieret, quantus ad alium ejus Athenæi neminem, *Omnes ad illius os* (quod Poëta vetus ait) *ora obvertêre sua.* ipsúmq; non veluti Adolescentulum sapientiæ Candidatum, sed quasi Numen aliquod Cœlo delapsum, aut Oraculum è cortina prolatum confertim audire gestirent. De Attica Phidiæ Minervâ dictum alicubi apud M. Tullium est, *Signum illud simel adspectum & probatum fuisse.* De VIRGINIO quis non asserat, quamprimùm hominibus cognitus & ostensus fuit, laudem simul & commendationem supra hominem meruisse? Neque verò hunc digressum minor admiratio consequuta, Romę presertim, cùm non de turbâ tantùm erudituli ipsum redeuntem amplexi, sed præcipui è flore humani generis Senatu Patres scientiis exculti, velut scientissimum habuerunt, mutuísque dehinc velut officijs certârunt, quis quid in VIRGINIVM benevolentiæ, ornamentíque conferret. Porrò uti sapientiæ fructus dulces esse, amáras laborum radices, etiam in feracissimis ingeniis sentimus; nostro tamen accidit, uti amaritudinem illam etiam eâ ætate, quę aliquid à nobis voluptatis quasi tributum suum exigit, quibusvis illecebris ac deliciarum blandimentis potiorem existimaret. Quare & nobilis illa ejus vox celebrata est, cùm ab æqualibus ad spectacula quædam visenda vocaretur: Satis sibi spectaculorum domi in Musæo suo esse: nihil se extrà festivitatis vel amœnitatis requirere. Itém illa, Lydios olim populos sapienter fecisse prædicantis, qui, quò ventrem fallerent, ludos invenissent: sibi enim ludos litterarios (ita studia per jocum vocabat) stomachum abundè latrantem compescere. Neque dicta factis discrepabant: continuati in studiis sæpè noctibus dies, & diurno lumini nocturna lucerna subjuncta parùm temporis quieti, dum valeret, atque adeò quatuor non plus horis datum: frugali cœnæ aut prandiolo vix illud impensum, quod exigenti naturæ, aut potiùs à litterario labore languescenti, aliquid solatii à cibo impertiret. Adeò viris illis magnis persuasum est, post sapientiam omnia habenda, neque se aliter vivere, nisi ut studeant, aut valetudinem sibi aliò optãdam, quàm ut Musis operentur. Quo in genere, ut antiquiores taceam, Carneadem, Varronem, Plinium, Didymum, Hieronymum; recens Guilielmi Budæi admirabilis diligentia est, ne ipso quidem nuptiali die, quo severiora omnia seponi solent, à pertinaci aliquod horarum studio sibi temperantis. Vnde non inconcinnè quidam è laudato illo numero verba Epigrammatarii Poëtæ,

Non est vivere, sed valere, vita: παρῳδικῶς ita convertebat.
Non est vivere, sed studere, vita.

Hujus genii cùm esset CÆSARINVS, ingenióq; juxtà fœcundo & admira-

mirabili polleret, ad eum doctrinæ & scientiarum apicem pervenit, quem rarò quivis è plebe, viaticum sibi vitæ è studiis comparans, ne dicam ullus ex tam illustri, & patritio sangvine natus, ascendit. Ita enim studiis indulgebat nobilissimus Adolescens, ac si omni prorsus indole, & ingenio careret; ita ingenio in rebus arduis utebatur expedito, ut exiguo ei prorsus studio opus fuisse ad eruditionem consequendam, quivis non obesę naris facilè judicaret. Iudicio tamen illi minimè acquievit, quo vulgato errore docilioribus adolescentulis laborum velut missionem facimus: non nescius scilicet, tunc illos ad summam frugem solere pertingere, cùm spes desidiâ non perditur, aut laudatę indoli assidua lucubrandi diligētia non denegatur. Multi, ait Stoicus Sapiens, poterant ad sapientiam pervenire, nisi putarent se jam pervenisse: censebat ipse multos eruditos fieri potuisse, nisi nimiam ingenii sui fiduciam habuissent. Hanc igitur culpam cùm vitaret studiosissimè CÆSARINVS, tā multa eâ ætate legit, pervidit, evolvit, perscrutatus est, ut de illo quis dicere jam tum potuisset, nihil superesse, quod disceret, nihil esse, quod ignoraret. Si quid in Theologicis arduum, in Philosophicis dubium, in Mathematicis laboriosum, in Philologis reconditum, in Musicis amœnum, vel in scriniorum pulvere delitesceret, vel in publicâ luce niteret, manus ejus non effugerat. Non è Romanis tantùm scriptis, aut Græcis, sed Arabicis, Hebraicis, Exoticis: quorum omnium arculas & excussas, & examinatas habebat. Eúmque lucubrandi laborem eò libentiùs subibat, quòd experimento jam cognovisset, verum esse illud sanctissimi Scriptoris; Qui scripturarum studia amabit, vitia carnis non amaturum. Duplicem namq; pulcherrimi laboris fructum è studiis se capere affirmabat: insignem scilicet animi castimoniam, quam toto vitæ tempore retinuit: & eximiam Dei caritatem, quam ex rerum cœlestium, & humanarum meditatione magnis in se incrementis augescere sentiebat. Vtinam verò præclaris ejus exemplis incitati nobiles adolescentes, in lubrico illo ætatis flexu, ad virtutis potiùs ac sapientiæ callem, etsi difficilem, cum Hercule Prodicio: quàm ad amœna, sed pestifera voluptatum vireta animum, gressúmque converterent: non tot passim miseranda mentium exitia; non tot clarissimarum familiarum, immò Civitatum ac Populorum excidia, non sine lacrymis, & suspirio cottidie intueremur. Vt verò fertiliores agri solent, cùm diligentiùs excoluntur, gratiam colono rependere, & fœnebri feracitate luxuriare; ita fœcundissimum VIRGINII ingenium assiduis lucubrationibus excultum in lætissimam artium ac scientiarum omnium segetem expullulavit.

Hactenus certè, ut jam Romæ & in Romano Orbe VIRGINIVS non eruditus modò, sed ipsius tamquam eruditionis simulachrum haberetur. Hinc ingentes illi doctrinarū acervi, quasi in horreū reconditi, undę

Si

Si fata, Deúsque sinebant,
liberalis quædam annona in spem posteritatis & sæculi ornamentum dispensanda communiter exspectabatur. Quid autem ab isto ingenio eâ laborum in studiis constantiâ, adhæc memoriæ vastissimâ capacitate exspectandum non erat, quod & vota præsentium non vinceret, & spem posteritatis adequaret? litteras certè Grecas ac Latinas eximiè callebat; prosâ oratione & versu, cùm libuisset, nitidissimè scribebat, ut dubitare non injuriâ posses, pedestríne stylo, an equestri eminentior esset. Vnum itaque de PRAGENSI CÆSARIS VICTORIA elegiacum Poëma cùm ad me, operâ V. C. GASPARIS SCIOPPII, in Belgium misisset, cum eruditis ibi Viris communicatum eam laudem promeruit, quæ & versuum elegantiæ inter argumenti majestatem, ac Elegię tenuitatem attẽperatę; & inventionis acumini mirè supra vulgum exsurgenti justissimè conveniebat. Sicuti enim Pythagoras, conspecto Herculani pedis modulo apud Olympios, de præstantiâ ejus magnitudinis non obscurè judicavit: ita illi ex unico Virginiani ingenii observato vestigio totum sibi VIRGINIVM, quantus-quantus esset, non difficulter effotmabant. Pari artis & industriæ felicitate in Hetruscâ etiam lyrodiâ versatus est, Pindaricíque fontis rivos, quos non expalluerat (ut ille ait) primus ferè in Latium deduxit. Exstat ejus generis apud hæredes elegantissimus Libellus Heroicę cujusdam facundię, & sacratioris argumẽti Majestatis plenus: qui si in lucem (quod speramus) aliquando prodierit, solidam dictis nostris fidem adstruet, & reliquorum ejus carminum vel amissorum, vel suppressorum desiderium aliquatenus levabit. Dabimus interim hoc arctissimę, quę cũ FEDERICO PRINCIPE CÆSIO ipsi intercessit, necessitudini, ut χεδίασμα illud, quo divinatorię artis vanitatem, ac pręstigias irrisit, velut in gustum, lectori proponamus: Ædiles in hoc ludorum prebitores imitati, qui auferendo si quod esset spectaculorum tędio, Musicas συναυλίας & fidicinum concentus consultò adhibebant.

Senza speme, ò timor, Signor beato
Gran FEDERICO, anco à te stesso imperi:
E non è studio van de tuoi pensieri
L'eterne leggi inuestigar del fato.

Ciò che puote auuenir preuede il saggio
Lunge sottratto dal commun'errore:
De' varij casi egli non hà stupore
Che di fortuna à lui noto è il viaggio.

Dalla patria magion lentani essigli,
Li scettri irati, e l'amistà infedeli,
Nel fior di giouentù morti crudeli,
Improuisi al suo cor non son perigli.

Vantisi in van' la Babilonia cura,
Fugace per lo Ciel, di seguir gl'astri;
Solo pronosticar puote i disastri
Del saggio in contẽplar l'alma sicura.

Quin-

Quindi alle magich'arti ei nõ da fede,
Ne dalle penne in Ciel chiede gli auspici;
E si ride ch'i Dei trà sacrifici
Nelle viscere immõde habbiano sede.

Muti sono à'i prudenti i simulacri,
Da spelonche Febee voce non suona:
Non ragionaro à lui querce in Dodona,
Ne di latte egli fè stigi lauacri.

Ma 'l volgo stolto frà gli altar tremante
Dalle statue aspettò l'oscure voci,
E mitigar credendo i fati atroci
Delle vittime offrì l'alma fumante.

Ben tal follia non ingombrò Catone,
Che di fortuna conosceagli euenti,
Ricusò in Libia gli adorati accenti
Dal Macedone fiero, vdir'd' Ammone.

Chiedi (le schiere à lui disser) da Gioue,
Quali il Ciel' à Roman fati destina;
Come sottrar' alla crudel ruina
Possan la libertà quest'armi nuoue.

Ciò che dal Ciel' saper bramate, ò schiere,
Disse, io già 'l seppi; ei m' insegnò, ch'il forte
Può seruitute anticipar con morte;
Che non de' ingiurie la virtù temere.

Chi di lei s'arma, i fortunosi assalti
Debellerà trionfatore inuitto:
Sò, che à me di veder'non è prescritto
Ch'in Rè superbo il Dittator' s'essalti.

L'adamantino fato ò non si schiua,
O nobil forza di virtù lo frange:
In preuederlo è vil l'alma che s'ange,
Nè perche 'l sappia ad espugnarlo arriua.

Vero Gioue è PRVDENZA; ella contiene
La Verità, che dẽtro 'l cor c'infonde
Gli Oracoli santissimi, risponde;
Non stà sepolto il ver' frà queste arene.

Quam ejus Poësim quà Hetruscam, quà Romanam eò justiùs tota admirabitur Posteritas, quòd ipse pulcherrimam artium in paucis cœlo intulit, hoc est, à nequitiarum ac turpitudinum cœno, cum nobilibus aliquot Collegis, quasi manu adsertam de compacto vindicavit. Quam enim ignavi, otiosíque homines ad amatorias cantiunculas, Venereásque quasdam Nænias importunè traduxerant, eam ipse Divorum Virtutúmq; laudibus occupatam, aut Naturæ arcanis inhærentem; vel denique vitiis & sceleribus insultantem, quasi postliminio restituit. Sanè Poëtarum nomen sanctissimum olim fuisse, & hinc sapientiæ fluxisse fundamenta, non ignorabat: atque adeò Platonem non tam Poëtas ejicere è Republicâ, quàm pravum poëtandi morem corrigere voluisse, in confesso ipsi erat.

Ne quis tamen ex iis, quæ diximus, hominem ad summa natum politiori

DE VITA
Viri Præstantissimi
VIRGINII CÆSARINI
LYNCEI,
IVLIANI, Civitatis Novæ DVCIS,
BARONIS ROMANI, F.
LIBER.
Auctore
IVSTO RIQVIO BELGA
CANONICO GANDAVENSI, CIVE ROMANO.

MDC.

XXIX.

PATAVII ANTENORIS
Typographeio IOANNIS THVILII. *Superiorum permissu.*

ILLVSTRISSIMO IVVENI

D. IOANNI CONTARENO, FRANCISCI F.

PATRITIO VENETO,

Domino suo perpetuâ observantiâ colendo

IOANNES THVILIVS MARIÆMONTANVS, S. & F.

DVm nuper in loculatum tuum Scriniolum, segmentata elegantia affabrè confectum, meoq; usui ad tuum in patriam reditum benignissimè abs te concessum, selectiora quædam Schediasmata transferrem, Illustrissime Domine Ioannes, incidit in manus meas VITA VIRGINII CAESARINI, Lyncei, Principis Romani, à Iusto Riquio descripta, mihique ab amico superioribus mensibus amicè communicata. In qua cùm viderem vivum quoddam omnium virtutum exemplar expressum, dignam judicavi, quæ in publicam lucem obstetricante pręlo meo edatur, tuęq; ad summa natæ indoli offeratur. Ea itaq; pleno gradu hinc Romam ad te properat, tibiq; VIRGINIVM redivivum quodammodo repræsentat: ut vel hinc animadvertas, te jam Romæ vivere, te illius Vrbis solum calcare, quæ olim assueta generosos

nerosos producere animos, necdum nostra hac ætate effœtam esse aut sterilem. Adderem etiam, hanc CAESARINI admirandam in flore ætatis, in sublimi Fortunæ gradu virtutem tuos excelsos spiritus excitare & acuere posse, nisi probè mihi constaret, quibus præsidiis tua juventus innitatur; nempe auita generis nobilitate, parentum summa prudentia, & maximè Illustriss. & Reverendiss. fratris tui, Abbatis Collensis, assistente genio. quibus tua vivida indoles optimè credita est. Ecquem tot domestica exempla virtutum non excitent? A me verò, Illustriss. tuæ domus, totiusq; familiæ Contarenæ cliente, ita hoc munusculum accipias velim, ut majora aliquando exspectes, cùm te ad illa summa, quæ excitata spes promittit, major ætas, & spirans ex vultu tuo majorum virtus propulerit. Intereà dum in vires præclaris rebus maturas exsurgis, Thuilium tuum, ut soles, favore & amore complectere, qui tibi, generose sanguis, Illustrissimoq; D. Abbati, qui Ecclesiasticæ dignitati prudentia, eruditione, & inculpatæ vitæ tenore succrescit, felix anni auspicium, & fausta omnia animitus auguratur. Vale.

Patavij, Kalend. Ianuar. Anno 1629.

DE VITA
Viri Præstantiſſimi
VIRGINII CÆSARINI LYNCEI.

LIBER.

BEnè olim ac ſapienter de M. TVLLIO, Romanæ eloquentiæ miraculo, eſt dictum, eum Virum fuiſſe, ad quem dignè laudandum TVLLIO ipſo laudatore opus eſſet. Divinas namque clariſſimorum hominum virtutes profani & imperiti non intelligunt; eruditi atque elegantes, niſi ad parem excellentiæ gradum pervenerint, difficulter adſequuntur. Pictores certè videmus, cùm eximia forma repræſentanda eſt, omnia artis ſuæ blandimenta conſumere; in plebejo aut quotidiano aliquo vultu effingendo minùs laborare. Adeò effecta illa Naturæ ſimulacra potiùs admiratio conſequitur, quàm induſtria cujuſquam exprimat: neque tam facilè vivas eorum imagines adumbramus, quàm pulchritudinem intuemur. Etſi verò non ea nobis facundia eſt, quę VIRGINII CÆSARINI (quem deſcribendum ſuſcepimus) FAMÆ IMMORTALITATI reſpondeat; conabor tamen ſumma earum rerum lineamenta producere, quæ uti noſtris hominibus, dum viveret, admirabilem fecère; æternam ei apud poſteros memoriam comparabunt. Erit poſt me fortaſſe aliquis, qui Muſis, ac Pallade volentibus, amœniori filo VIRGINIANAM hanc telam pertexet, ego ſolâ pietate contentus ero: fretus etiam officii conſcientiâ, quod ELEGANTISSIMIS MANIBVS lubentiùs ſanè quàm artificioſiùs impendi. Olim proclamabatur apud Eleuſinios, VT NEMO INTRARET, NISI QVI SE INNOCENTEM SCIRET: Ad tua, CÆSARINE, Virtutum ac Sapientiæ adyta nemo admittendus eſſet, niſi qui ſe ingenio non imparem nôſſet, ut de te dicere liceret, quod de cognomine tuo VIRGINIO RVFO: hunc felicitati tuę ſupremum cumulum acceſſiſſe, eloquentem laudatorem. Interim quâcumque cœli regione es, pura atque innocens anima, terrenâ nunc contagione ſoluta, dirige nutantem ſtylum, forma ſcribentem de Te animum, ut (quod votis omnibus optandum fuerat) VIRGINIVS VIRGI-

lebratissima, Matrem ei dederat LIVIAM, Avum VIRGINIVM, unde & nomen VIRGINIO nostro inditũ. Fuit is Sangeminianus Regulus, è Gravinæ Ducibus, & Nerulanis Comitibus generosissimis oriundus. Atque adeò duarum clarissimarum familiarum plantę velut coalitę florem illum nobilissimum produxerunt, cujus virtutum ac eruditionis fragrantia non Vrbem modò, & finitimam Italiam; sed remotas etiam nationes divinâ quâdam suavitate perfudit. Neque tunc primùm harum familiarum matrimonia constiterunt; Vetustiora etiam exempla sunt, quę Annales evolventi neque molestum, neque difficile erit invenire.

Lucem natalem habuit VIRGINIVS diem X. ex ante Kal. Novembres, horam ejus diei XV. Anni à reparato humano genere MDXCV. sub ultimum scilicet admirandi illius sæculi lustrum, quo nullum fęcundius in omni artium ac scientiarum genere ne ambitiosa quidem suarum rerum ostentatrix Antiquitas habuit. Sicuti ergo solare lumen sub vesperam intuentibus formosius apparet; aut lumina intermoritura vegetiores emittunt radios; vel quemadmodum pulchri anni pulcherrimus est Autumnus: ita laudatissima ætas jam ad senium & interitum vergens, ne effœtam se aut degenerem probaret, prodigiosum Mundo ingenium edidit, omni quasi adversus ingruentis ævi barbariem Naturę suę vigore collecto. Neque diu abscondita tam præstantis ingenii vis sub pueritię involucro, aut infantilibus mersa crepundiis latuit. Ab ipsâ Aurorâ Solem sibi pulcherrimum ROMA pollicita, cùm puer septennis jam inde ea industriæ ac solertiæ προγυμνάσματα edidit, quæ in omen robustioris virtutis & exquisitę Sapientiæ à prudentioribus caperentur. Pueri certè indolem, & ingenii acrimoniam in eâ ætatulâ sic admiratus fertur BONIFACIVS CARD. CAIETANVS, Vir genere ac eruditione magnus, ut se à VIRGINIO aliquid discere subinde apud adstãtes fateretur: cùmque in spem Vrbis, & familiæ crescere non vanè præsagiret.

Neque defuit tot præjudiciis ac præsagiis subsecuta pueritiam ætas, cùm scilicet paulò pòst ad Parmense Athenæum concedens, litteris primùm amœnioribus non tinctus, insano multorum more, sed imbutus animum excoluit; probè noscens, quanta in ingenio liberali sit vis Hermathenæ, cùm scilicet amœnitati Musarum, & politiori facundiæ austeriora sapientiæ studia conjungantur. Duodecimo igitur ætatis anno à Philologiæ castris ad Philosophiam transiens, eo tempore ad scientiarum omnium culmen pervenit, atque illa

Edita doctrina Sapientũm Templa serena,

quo alii vix solent in primo eruditionis limine consistere. Illud certè prodigiosum in adolescente fuit, tantâ ingenii subtilitate, tamque exactâ judicii acrimoniâ excelsioris ejus disciplinæ dogmata esse complexum, ut jam tum omnes ferè viros vinceret: nullum certè suo-

rum æqualium parem sibi haberet. Hinc effectum, ut quoties, recepto scholarum more, publicè ipsi differendum, aut de propositâ Quæstione disputandum esset, tantus ad VIRGINIUM concursus fieret, quantus ad alium ejus Athenæi neminem, *Omnes ad illius os* (quod Poëta vetus ait) *ora obvertêre sua.* ipsúmq; non veluti Adolescentulum sapientiæ Candidatum, sed quasi Numen aliquod Cœlo delapsum, aut Oraculum è cortinâ prolatum confertim audire gestirent. De Atticâ Phidiæ Minervâ dictum alicubi apud M. Tullium est, *Signum istud simel adspectum & probatum fuisse.* De VIRGINIO quis non asserat, quamprimùm hominibus cognitus & ostensus fuit, laudem simul & commendationem supra hominem meruisse? Neque verò hunc digressum minor admiratio consequuta, Romę presertim, cùm non de turbâ tantùm erudituli ipsum redeuntem amplexi, sed præcipui è florę humani generis Senatu Patres scientiis exculti, velut scientissimum habuerunt, mutuísque dehinc velut officijs certârunt, quis quid in VIRGINIUM benevolentiæ, ornamentíque conferret. Porrò uti sapientiæ fructus dulces esse, amaras laborum radices, etiam in feracissimis ingeniis sentimus; nostro tamen accidit, uti amaritudinem illam etiam eâ ætate, quę aliquid à nobis voluptatis quasi tributum suum exigit, quibusvis illecebris ac deliciarum blandimentis potiorem existimaret. Quare & nobilis illa ejus vox celebrata est, cùm ab æqualibus ad spectacula quædam visenda vocaretur: Satis sibi spectaculorum domi in Musæo suo esse: nihil se extrà festivitatis vel amœnitatis requirere. Itém illa, Lydios olim populos sapienter fecisse prædicantis, qui, quò ventrem fallerent, ludos invenissent: sibi enim ludos litterarios (ita studia per jocum vocabat) stomachum abundè latrantem compescere. Neque dicta factis discrepabant: continuati in studiis sæpè noctibus dies, & diurno lumini nocturna lucerna subjuncta parùm temporis quieti, dum valeret, atque adeò quatuor non plus horis datum: frugali cœnæ aut prandiolo vix illud impensum, quod exigenti naturæ, aut potiùs à litterato labore languescenti, aliquid solatii à cibo impertiret. Adeò viris illis magnis persuasum est, post sapientiam omnia habenda, neque se aliter vivere, nisi ut studeant, aut valetudinem sibi aliò optādam, quàm ut Musis operentur. Quo in genere, ut antiquiores taceam, Carneadem, Varronem, Plinium, Didymum, Hieronymum; recens Guilielmi Budæi admirabilis diligentia est, ne ipso quidem nuptiali die, quo severiora omnia seponi solent, à pertinaci aliquod horarum studio sibi temperantis. Vnde non inconcinnè quidam è laudato illo numero verba Epigrammatarii Poëtæ,

Non est vivere, sed valere, vita: παρῳδικῶς ita convertebat.
Non est vivere, sed studere, vita.

Hujus genii cùm esset CÆSARINUS, ingeniòq; juxtà fœcundo & admira-

mirabili polleret, ad eum doctrinæ & scientiarum apicem pervenit, quem rarò quivis è plebe, viaticum sibi vitæ è studiis comparans, ne dicam ullus ex tam illustri, & patritio sanguine natus, ascendit. Ita enim studiis indulgebat nobilissimus Adolescens, ac si omni prorsus indole, & ingenio careret; ita ingenio in rebus arduis utebatur expedito, ut exiguo ei prorsus studio opus fuisse ad eruditionem consequendam, quivis non obesę naris facilè judicaret. Iudicio tamen illi minimè acquievit, quo vulgato errore docilioribus adolescentulis laborum velut missionem facimus: non nescius scilicet, tunc illos ad summam frugem solere pertingere, cùm spes desidiâ non perditur, aut laudatę indoli assidua lucubrandi diligẽtia non denegatur. Multi, ait Stoicus Sapiens, poterant ad sapientiam pervenire, nisi putarent se jam pervenisse: censebat ipse multos eruditos fieri potuisse, nisi nimiam ingenii sui fiduciam habuissent. Hanc igitur culpam cùm vitaret studiosissimè CÆSARINVS, tã multa eâ ætate legit, pervidit, evolvit, perscrutatus est, ut de illo quis dicere jam tum potuisset, nihil superesse, quod disceret, nihil esse, quod ignoraret. Si quid in Theologicis arduum, in Philosophicis dubium, in Mathematicis laboriosum, in Philologis reconditum, in Musicis amœnum, vel in scriniorum pulvere delitesceret, vel in publicâ luce niteret, manus ejus non effugerat. Non è Romanis tantùm scriptis, aut Græcis, sed Arabicis, Hebraicis, Exoticis: quorum omnium arculas & excussas, & examinatas habebat. Eúmque lucubrandi laborem eò libentiùs subibat, quòd experimento jam cognovisset, verum esse illud sanctissimi Scriptoris: Qui scripturarum studia amabit, vitia carnis non amaturum. Duplicem namq; pulcherrimi laboris fructum è studiis se capere affirmabat: insignem scilicet animi castimoniam, quam toto vitæ tempore retinuit: & eximiam Dei caritatem, quam ex rerum cœlestium, & humanarum meditatione magnis in se incrementis augescere sentiebat. Vtinam verò præclaris ejus exemplis incitati nobiles adolescentes, in lubrico illo ætatis flexu, ad virtutis potiùs ac sapientiæ callem, etsi difficilem, cum Hercule Prodicio: quàm ad amœna, sed pestifera voluptatum vireta animum, gressúmque converterent: non tot passim miseranda mentium exitia; non tot clarissimarum familiarum, immò Civitatum ac Populorum excidia, non sine lacrymis, & suspirio cottidie intueremur. Vt verò fertiliores agri solent, cùm diligentiùs excoluntur, gratiam colono rependere, & fœnebri feracitate luxuriare; ita fœcundissimum VIRGINII ingenium assiduis lucubrationibus excultum in lætissimam artium ac scientiarum omnium segetem expullulavit.

Hactenus certè, ut jam Romæ & in Romano Orbe VIRGINIVS non eruditus modò, sed ipsius tamquam eruditionis simulachrum haberetur. Hinc ingentes illi doctrinarũ acervi, quasi in horreũ reconditi, undę

Si

Si fata, Deúsque ſinebant,
liberalis quædam annona in ſpem poſteritatis & ſæculi ornamentum diſpenſanda communiter exſpectabatur. Quid autem ab iſto ingenio eâ laborum in ſtudiis conſtantiâ, adhæc memoriæ vaſtiſſimâ capacitate exſpectandum non erat, quod & vota præſentium non vinceret, & ſpem poſteritatis adęquaret? litteras certè Grecas ac Latinas eximiè callebat; proſâ oratione & verſu, cùm libuiſſet, nitidiſſimè ſcribebat, ut dubitare non injuriâ poſſes, pedeſtrine ſtylo, an equeſtri eminentior eſſet. Vnum itaque de PRAGENSI CÆSARIS VICTORIA elegiacum Poëma cùm ad me, operâ V. C. GASPARIS SCIOPPII, in Belgium miſiſſet, cum eruditis ibi Viris communicatum eam laudem promeruit, quæ & verſuum elegantiæ inter argumenti majeſtatem, ac Elegię tenuitatem attẽperatę; & inventionis acumini mirè ſupra vulgum exſurgenti juſtiſſimè conveniebat. Sicuti enim Pythagoras, conſpecto Herculani pedis modulo apud Olympios, de præſtantiâ ejus magnitudinis non obſcurè judicavit: ita illi ex unico Virginiani ingenii obſervato veſtigio totum ſibi VIRGINIVM, quantus-quantus eſſet, non difficulter efformabant. Pari artis & induſtriæ felicitate in Hetruſcâ etiam lyrodiâ verſatus eſt, Pindaricique fontis rivos, quos non expalluerat (ut ille ait) primus ferè in Latium deduxit. Exſtat ejus generis apud hæredes elegantiſſimus Libellus Heroicę cujuſdam facundię, & ſacratioris argumẽti Majeſtatis plenus: qui ſi in lucem (quod ſperamus) aliquando prodierit, ſolidam dictis noſtris fidem adſtruet, & reliquorum ejus carminum vel amiſſorum, vel ſuppreſſorum deſiderium aliquatenus levabit. Dabimus interim hoc arctiſſimę, quę cũ FEDERICO PRINCIPE CÆSIO ipſi interceſſit, neceſſitudini, ut χεδίασμα illud, quo divinatorię artis vanitatem, ac pręſtigias irriſit, velut in guſtum, lectori proponamus: Ædiles in hoc ludorum prębitores imitati, qui auferendo ſi quod eſſet ſpectaculorum tędio, Muſicas συναυλίας & fidicinum concentus conſultò adhibebant.

Senza ſpeme, ò timor, Signor beato
Gran FEDERICO, anco à te ſteſſo imperi:
E non è ſtudio van de tuoi penſieri
L'eterne leggi inueſtigar del fato.

Ciò che puote auuenir preuede il ſaggio
Lunge ſottratto dal commun'errore:
De' varij caſi egli non hà ſtupore
Che di fortuna à lui noto è il viaggio.

Dalla patria magion lontani eſſigli,
Li ſcettri irati, e l'amiſtà infedeli,
Nel fior di giouentù morti crudeli,
Improuiſi al ſuo cor non ſon perigli.

Vantiſi in van' la Babilonia cura,
Fugace per lo Ciel, di ſeguir' gl'aſtri;
Solo pronoſticar puote i diſaſtri
Del ſaggio in contẽplar' l'alma ſicura.

Quin-

Quindi alle magich'arti ei nõ da fede,
Ne dalle penne in Ciel chiede gli auspici;
E si ride ch'i Dei trà sacrifici
Nelle viscere immõde habbiano sede.

Muti sono à'i prudenti i simulacri,
Da spelonche Febee voce non suona:
Non ragionaro à lui querce in Dodona,
Ne di latte egli fè stigi lauacri.

Ma 'l volgo stolto frà gli altar tremante
Dalle statue aspettò l'oscure voci,
E mitigar credendo i fati atroci
Delle vittime offrì l'alma fumante.

Ben tal follia non ingombrò Catone,
Che di fortuna conosceagli euenti,
Ricusò in Libia gli adorati accenti
Dal Macedone fiero, vdir' d'Ammone.

Chiedi (le schiere à lui disser) da Gioue,
Quali il Ciel' à Roman fati destina;
Come sottrar' alla crudel ruina
Possan la libertà quest'armi nuoue.

Ciò che dal Ciel' saper bramate, ò schiere,
Disse, io già 'l seppi; ei m'insegnò, ch'il forte
Può seruitute anticipar con morte;
Che non de' ingiurie la virtù temere.

Chi di lei s'arma, i fortunosi assalti
Debellerà trionfatore inuitto:
Sò, che à me di veder' non è prescritto
Ch'in Rè superbo il Dittator' s'essalti.

L'adamantino fato ò non si schiua,
O nobil forza di virtù lo frange:
In preuederlo è vil l'alma che s'ange,
Nè perche 'l sappia ad espugnarlo arriua.

Vero Gioue è PRUDENZA; ella contiene
La Verità, che dẽtro 'l cor c'infonde
Gli Oracoli santissimi, risponde;
Non stà sepolto il ver' frà queste arene.

Quam ejus Poësim quà Hetruscam, quà Romanam eò justiùs tota admirabitur Posteritas, quòd ipse pulcherrimam artium in paucis cœlo intulit, hoc est, à nequitiarum ac turpitudinum cœno, cum nobilibus aliquot Collegis, quasi manu adsertam de compacto vindicavit. Quam enim ignavi, otiosíque homines ad amatorias cantiunculas, Venereásque quasdam Nænias importunè traduxerant, eam ipse Divorum Virtutúmq; laudibus occupatam, aut Naturæ arcanis inhærentem; vel denique vitiis & sceleribus insultantem, quasi postliminio restituit. Sanè Poëtarum nomen sanctissimum olim fuisse, & hinc sapientiæ fluxisse fundamenta, non ignorabat: atque adeò Platonem non tam Poëtas ejicere è Republicâ, quàm pravum poëtandi morem corrigere voluisse, in confesso ipsi erat.

Ne quis tamen ex iis, quæ diximus, hominem ad summa natum politiori

riori tantùm litteraturę, tāquam Sireneo scopulo adhęsisse credat, ulteriùs in hunc VIRGINIANÆ eruditionis cāpum descendamus necesse est.

Etsi enim, qui VIRGINIUM superstitem viderunt, testimonio nostro non indigeant, ne tamen apud posteros hinc fiat obscurior, quòd ipsius vix quidquam exstet ad perennitatem nominis evulgatum: proferemus liberalius ingenium memoriâ æternitatis dignum, & gemino funere elatum, suo scilicet ac fœtuum philosophicorū, in modum Phœnicis, velut redivivum statuemus. Fuit igitur in CÆSARINO uti amœnus humaniorum litterarum nitor, ita eximius divinarum & philosophicarum scientiarum splendor: rarâ quidem, & propemodùm insolenti huic degeneri sæculo misturâ, quo alterum alteri studium officere malè quidam feriati homines depravatis judiciis asserere contendunt, cùm reverà de bonorum doctorúmque omnium senteutiâ,

—— alterius sic
Altera poscat opem res, & conjuret amicè.

omnéque punctum meritò illi ferant, qui exuto Xenocrate, morosо & austero, Gratiis subinde litant, & Musas sibi faventes propitiásque conciliant: sicuti enim paullum mellis obsoniis admistum amaritiem illorum tollit, & gratum palato saporem adfert; ita politioris litteraturæ dulcedo utilibus gravibúsque studiis concinnata, tedium mitigat, & multum iis ornamenti addere consuevit. Cujus rei probè conscium politissimum ingenium, neque scientiarum austeritatem refugit, nec à Musarum amœnitate declinavit. Ab his castigatæ eloquentiæ flores, nativúmque carminum lepôrem, Historiam, Philologiam, Geographiam, Græcas, Latinásque litteras accepit; inde divinarum rerum scientiam, Philosophiæ universæ, maximè naturalis, ejúsque, quę ad Mores pertinet, cognitionem: Mathesin, Iurisprudentiam, Iatricen, totam denique ἐγκυκλοπαιδείαν feliciſſimè est adsecutus. Cui thesauro comparando magnum ipsi adjumentum adtulit capacissima rerum omnium memoria, nec vitio naturę evanescens, nec multiplici rerum, & imaginum diversissimarum serie confusa. Adeò quidem, ut cùm litteratorum quispiam hemistichia quędam è veteribus scriptoribus, pro re natâ, sermonibus immisceret, ipse, si opus esset, integras eorum paginas non interrupto recitationis filo admirantibus ingereret. Neque in verbis tantùm hęc felicitas, verùm etiam in rebus, atque ideò de re quâvis propositâ disserere, aut, cùm res id requireret, acutissimè disputare consuevit. Etsi verò receptum illud disputandi genus, quo promiscuè in scholis utuntur Peripatetici, non omnino probaret, non id tamen ingenii sterilitate factum, quę id assequi nequivisset; sed ratione ac consilio: quòd syllogismorum tenebris veri lumen abscondi, & nimiâ altercatione rei ipsius cognitionem amitti plerumque existimaret. Alioquin

cùm

cùm animi causâ eo concertationis genere uti collibuisset, adeò adversarium captiosâ sophismatum argutiâ irretitum tenebat, ut labyrintho velut Dædalo implicatus, quò gressum verteret, turbatus nesciret. Mox eâdem felicitate velut Ariadnæo filo impeditos illius expediebat gressus, & in apertum disputationis campum evolutum ambagibus, & argumentorum tricis reducebat. Quam disceptandi felicitatem ab ipsis pœnè incunabulis habuisse CÆSARINUM, testis est Parmensis Academia, in quâ, quotiescumque in arenam philosophicam manus conserturus descenderet, præcipui quiq; & primates doctrinâ Viri, ingenii ejus admiratores, audituri conveniebant. Inde porrò reversum Roma natalis sæpè avidissimè audivit; eóq; promptiùs, quòd non ordinariâ illâ ac tritâ philosophandi semitâ studia sua componeret, sed Lucretianum illud generoso animo infixum teneret,

Avia Musarum peragro loca, nullius antè
Trita solo.

Nihil enim ineptius judicabat stultâ illâ Pythagoricorum credulitate, solemne illud in ore semper habentium, ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ. quòd hominis ad sapientiam enitentis partes esse crederet, undecumque verum expiscari, nullius magistri auctoritate nimiùm commoveri. Quem philosophandi ordinem etsi in Scholis adolescens minùs percepisset; quòd tamen perspicaci esset ingenio, à Viris præstantissimis sibi traditum ardenter suscepit, & susceptum cõstanter in omni vitâ retinuit. Cùm enim ob insigne eruditionis meritum LYNCEO COLLEGIO, à FEDERICO PRINCIPE CÆSIO pridem Anno MDCIII. instituto, adscribendus, omnem ejus studiorum rationem comperisset, eam probavit, ut hujus sententiæ suæ testes sæpè amicos suos adhibuerit, nihil enim umquam sibi vel honorificentiùs vel fortunatiùs accidisse confirmabat, quàm quòd LYNCEIS adscitus, doctissimorum hominum societate, & amicitiâ frueretur. Alios suis infulis, aut purpurâ turgere, vel sceptris intumescere: sibi LYNCEORUM nomen omni purpurâ, & regno magnificentius videri. Etsi verò nomen istud subamarè quidam vellicare forsan vellent, quasi typhum quendam redolens, & castigatæ modestiæ leges excedens: tamen qui LYNCEORUM in scribendo modestiam, in disceptando lenitatem, cæteràsque egregias virtutes non otiosè perspexerit, videbit profectò, non tam sese LYNCEOS hoc titulo venditare, quasi plus aliis vel sapiant, vel videant; sed ut, quantum humanæ infirmitati fas est, tales esse conentur, quales specioso illo titulo censentur & audiunt. Quem enim generosæ mentis non pudeat eo nomine adfectum ignaviâ & torpore marcescere, neque aliquid saltem conari, quo

——— *se quoque posset*
Tollere humo, victórque Virûm volitare per ora?

B Insi-

Insignia nomina (ait alicubi Plinius) onerosa sunt: quòd honesti exsequendi, & virtutis æmulandæ, egregiam scilicet necessitatem imponant hominibus, à quâ alioquin vel laborum abstracti magnitudine, vel præmio destituti, nec alieno incitati exemplo, faciliùs absterrerentur.

Ad istud ergo purioris Philosophiæ sacrarium, manibus velut ipsius Minervæ deductum se gaudebat VIRGINIVS, neque sibi modò privatim, sed toti R. P. litterariæ pulcherrimi instituti fructum sæpissimè gratulabatur: prospiciebat enim futurum, ut artes illæ, quæ, quòd parùm lucrosæ existimentur, etiamsi humano generi maximè salutares, vulgò contemnuntur, paulatim reflorescerent, plurimáque illustria ingenia, quæ ad vilia opificia, vel studia magis quæstuosa transivissent, eâ ratione vel Philosophiæ se deditura, vel Mathematicis disciplinis, aut Philologiæ excolendis adhæsura. Quæ ille studiorum genera sic teneré deperibat, ut modestiæ suæ velut claustra perfringens, Attalicas conditiones sibi aliquando optaverit, quò PRINCIPEM CÆSIVM magis magísque & ope æmulatus, & operâ, jacentes, immò prostratas nobilissimas artes ab interitu & injuriâ omnino vindicaret. Sūma ergo illi deinceps cum eo Principe, morum ac vitæ ratione conjunctissimo, familiaritas fuit: cujus laudabilem illā sententiam, VERITAS ALTERCANDO AMITTITVR, sæpè auribus instillatam, velut olim Philosophi suas ὑποθήκας aut κυρίας δόξας, summo in precio habebat. Accedebat ad hanc amicitiæ consuetudinem arcta sanguinis propinquitas: magnum apud tales vinculum. BEATRIX enim, paterna Principis Avia, è CAIETANA Sermonetę Ducum familiâ oriunda, IOANNAM sororem habuit, VIRGINIO VRSINO Nerulanorum Comiti, Curium Domino, nuptui traditam, unde LIVIA VIRGINII Parens orta strictiori necessitudine clarissimum Romanæ nobilitatis par colligavit.

Hujus itaque ope VIRGINIVS & LYNCEORVM instituto, quo sibi invicem ad sapientiam excolendam fœderantur, ad GALILÆI GALILÆI, Viri in Mathematicis studiis præclarissimi, amicitiam pervenit, à quo cum eadē, uti & IOANNE CIAMPOLO, homine facundissimo ac politissimo, de rectâ philosophandi ratione cottidie audíret, in trium horum Virorum sententiam abiit, ineptum putās, frugibus inventis diutiùs inter glandes versari. Quam ipsi rationem in eo maximè ponebant, omisso nimirum inanium verborum, formularúmque inepto ac cellulario sermone sævientium strepitu, res ipsas potiùs ab eruditis investigandas. Magnam esse velut naturæ tabulam à Numine expositam, in quâ non modò antiqua, & protrita legere, verùm etiam nova adnotare liceret. Ita veteres illos fecisse Sapientes, quorum nomina nunc Orbis colit, Pythagoram, Platonem, Aristotelem, Theophrastū: qui descriptos isthic admirandos characteres sigillatim quisque legissent, quæ bene à priori-

bus,

bus observata essent, scriptis ac doctrinâ firmantes; quæ verò secùs, quãdo opus esset, veri ac disciplinę studio liberè confutantes. Neque aliter sensisse nobilem illam Philosophorum classem à Potamone Alexandrino institutam, qui de singulis sectis, quod sibi optimum videretur, seligerent, atque ἐκλεκτικοὶ hinc appellati. Addebant, multiplices esse vias sapientiæ investigandæ, neque unius, aut alterius scholæ ductu perveniri posse ad tam grande secretum. Laudem philosophici studii, sicut & cæterarum artium, publicam esse; ab uno ingenio non posse decerpi, sed prout plus, minúsve operæ in hoc quisque contulerit, Numinis venerationem populis augere, sibíque è pulcherrimarum rerum inventione æternam apud posteros memoriam acquirere. Quòd si characteres ipsos respiceret divinæ ejus tabulæ, nihil esse aliud, quàm ingeniosa Mathematicorum schemata, & Physices experimenta: in his universæ Philosophiæ velut apicem consistere, & in hoc quasi cardine quidquid de eâ tradi initiatis oportet, ex ipsorum sententiâ versari. Qui aliter saperent, desiperent potiùs, faceréntque intelligendo (quod Comicus ait) ut nihil intelligerent. Neque pœnè dixerim incruenta hísce Viris victoria fuit, dum VIRGINIVS, quâ erat ingenii, ac judicii acrimoniâ, quem in scholis hauserat studendi morem, diutissimè ac fortissimè tuetur. Divam tamen Veritatem præ Socrate ac Platone (ut in adagio est) amicam habens, herbam non tam victus, quàm volens porrexit: quódque priùs impugnaverat studiorum genus, tam sollicitè mox defendit, ut LYNCEI non tã Collegam, quàm Vindicem, ac Tutelarem adscivisse se gloriari possent. Non absimilis olim contentio duo clarissima ingenia, PICVM MIRANDVLANVM, & HERMOLAVM illum BARBARVM cõmiserat, dum hic ineptiam & barbariem scholarum non ferens, acriùs in illas invectus, Epistolam facundissimam elicuit PICI Scholasticen defendentis, quâ vix quicquam disertius eâ ætate conscriptum legimus. Adeò Virorum maximorum concertationes bono publico fiunt, quoties salvo amicitiæ jure ludunt, & è modesto disputationum conflictu igniculus quidam veritatis exprimitur. Enimverò qui Lynceos in se obtutus converterat CÆSARINVS palæstræ CÆSIANÆ, acutos etiam oculos nõ effugit Aquilæ illius in nubibus, Theologorum, inquam, summi ROBERTI BELLARMINI: qui, quâ erat judicandi de ingeniis peritiâ, nullâ sibi in revideri VIRGINIVM PICO illi, quem laudavimus, postponendum, constanter adfirmabat. Ratus itaque è tam felici arbore eos fructus posse decerpi, qui in omne ævum Christianæ R. P. prodessent, autor illi fuit, de Animæ Immortalitate excelsum opus, & impio huic magis quàm erudito sæculo pernecessarium, dignis se, atque Minervâ suâ vigiliis in posterum elucubraret. Paruit non illibenter hortanti VIRGINIVS, eo in primis consilio, ut qui amœniores Musas pietati

jam consecraverat, ita in philosophico pulvere quidquid vel meditando, vel lucubrando assequeretur, uni Deo, Sapiëtiæ autori, studiosissimè referret acceptum. Sciebat, non cujusvis esse in physicam illam arenam descendere, quæ & veteres non paucos haberet antagonistas, & novos quàm plures insanientis sapientiæ consultos in sui defensionem armaverat. Fretus tamen cœlesti Numinis auxilio, in cujus spem gloriæ hoc bellum militaretur, veritatis etiam injustissimè lacessitæ propugnandę studio; Viri denique sapientissimi hortatibus confirmatus imperium non invitus suscepit.

Invida tamen Mors pulcherrimi instituti filum abrupit, magno certè Philosophiæ, majore Christianæ pietatis damno: cujus uti religiosissimus erat, ita pessumdari ejus dogmata ab hominibus quibusdam stultitiam nauseantibus ægerrimè ferebat. A Pico nempe suo, divino admodùm adolescente (quem uti moribus ac vitâ, ita formæ quoque similitudine exprimebat) discere potuerat: omnifariam hanc disciplinarum tractationem, & quidquid litteræ promittere nobis possunt, cutem colorare, & quasi pigmenta facie nos reddere formosiores; at sanam, firmam, robustam mentem sperari non aliunde posse, quàm à vitæ integritate, à moribus, à divinâ denique Religione. Pari ratione fatalis illa tempestas injuriæ in Poëticos de Rerum Naturâ Commentarios desævit, quos arduum illum Lucretium imitatus subinde scriptitabat. Poëmatum quoque silvulas, & elegantiorum studiorum liberalia schediasmata, seu Sibyllæ folia hinc inde dispersa, luctu potiùs amissa prosequimur, quàm ut illa aliquando colligendi, & in unum corpus coacervandi spes ulla posteritati superet. Vnum excipio Italicæ Camœnæ libellum, quem hæredum, amicorúmque pietati, ut speramus, debebunt posteri: quibus hoc fortè solatio erit, vel unam atque alteram VIRGINIANÆ ERVDITIONIS tabulam è tanto politissimorum libellorum naufragio collegisse. Planè ut VIRGINIO nostro accidisse constet, quod Socrati olim purgatioris Philosophiæ Paréti, cujus fama omnis in ore hominum stetit, nullis ipsius, aut certè exiguis scriptionis monumentis Posteritati commendata. Ego quoque deliberatò prudentissimum ingenium à nimiâ scribendi prurigine manum abstinuisse crediderim, quòd videret passim multos, etsi non infelicem naturam nactos, nimiâ famæ aviditate publicam lucem occupare pręcocibus scriptis, quos præstitisset adolescentes studiorum fruges domi recondere, donec plenâ ac robustâ maturitate consenescerent. Accedebat perincommoda lucubrandi valetudo, optimo sanè publico invida, & animo tam excelsa meditanti semper infesta. Octo enim ferè continuis antequàm decederet annis cum pertinacissimo morbo luctatus, in eam sępè miseriam pervenit, ut VIRGINIVM amici in VIRGINIO quærerent, neque tam vivere,

quàm mortem producere censeretur, & vivacissimam mentem pręmortuo velut corpori inclusam circumferre. Solatium tamen sępè à litteris quęsivit, & amicorum litteratorum alloquiis; nec sine fructu aut emolumento; ALPHONSI illius Regum sapientissimi exemplo, quem à periculosâ febri Q. CVRTII, candidissimi Historiarum scriptoris, lectio liberavit: Telemachi etiam Herois apud Homerum, qui in amicâ Menelai domo bibisse dicitur,

Νηπενθές, τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Quod luctus, irásque, malúmque abstergeret omne.

Huic valetudini cùm urbanorum negotiorum molestus officeret strepitus, secedere, dum eam recrearet, Bononiam statuit, Vrbem sitûs amœnitate ac litterarum domicilio celebrem: tum quoque ob Medicos sibi maximè probatos, Chymicis etiam excellentes remediis, ante alias sibi expetendam; quò cùm deliberatis consiliis abiret, aliam tamē, nec deteriorem ei sortem casus in itinere obtulit. Interamnię enim ac Spoleti valetudinarius verbis Principis CAESII, qui maximè ejus sanitati ab itineris incommodis timebat, diligenter invitatus, cùm renuisset aliquamdiu, tandem exorari se passus, omissâ Bononiensi profectione, Aquaspartam ad Principem divertit, à quo benignissimè exceptus, in ejus Prætorio tam molliter binis ferè mensibus est habitus, támq; accuratè curari jussus, ut vitæ officiis postliminio sibi redditis aliquo pòst tempore cum Musis ac libellis in gratiam redierit. Neque parùm sanè ad hanc VIRGINIO ἀναβίωσιν cōsequendam cùm ipsius Principis, tum Virorum clarissimorum, IOANNIS CIAMPOLI, CLAVDII ACHILLINI, PETRI POTERII, Medici in Chymicis præsertim peritissimi, Bononiâ Aquaspartam evocati, ADRIANI CANALIS, aliorúmque & eruditorū, & nobilium Virorum consortia profuerunt, ut conjicere hinc liceat, animi molestiis depulsis, corporis valetudinem plerumque recreari. Induciæ tamen hę potiùs VIRGINIO, quàm plena missio, aut solida cum irreconciliabili morbo pax fuit. Subinde enim quasi ex insidiis crudelissimus hostis recurrens, tam immani ipsum dolore cruciabat, ut nisi verè Christianâ fortitudine instructum Romanum pectus offendisset, acturus fuerit tristissimum debellatæ ipsius Patientiæ triumphum.

Sed is, qui numquam malis cesserat, numquam dolori succubuerat, mente immotâ & invictâ constitit, tam imitandus generosissimâ animi constantiâ, quàm doctrinâ & scientiis admirandus. Cùm enim amici, vicem ejus miserati, aliquid ipsi de cruciatibus suis vulgari modo loquerentur, ille officia ipsorum exosculatus, nihil causæ esse respondit, cur nimiùm ipsius causâ commoverentur: multum sibi felicitatis ex illo morbo contingere, qui ad mortis meditationem, quæ vera est sapientia, dux unicus præivisset. Infelices esse illos, qui mori nescirent, etsi omnibus

bus

bus felicioris fortunæ bracteis inaurati. Animi sibi vires accrescere, dum corporis minuerentur: interiorémque hominem, qui sanctior longè ac divinior exteriore, corrumpi cœpto, vivaciùs instaurari. Tam sapienti oratione VIRGINIUS aliis se consolantibus solatium præbebat, minùs se miserabilem ostendens, qui è summis miseriis fructum salubrioris Philosophiæ caperet uberrimum. Minùs tamen hanc in Viro constantiam admirabatur, quisquis in patientiæ scholâ exercitatum puerili ætatulâ non minora dedisse fortissimi animi experimenta cognôrat. Incautè namque refractario à domesticis impositus equo, cùm inde lapsus tibię os in plures partes confregisset, déque eo vulnere comminuta ossis frustula extrahenda forent, non sine acerbissimo doloris sensu; sic tamen ipse omnia cheirurgicæ carnificinæ tormenta sustinuit, ut nec vultu dolorem proderet, nec gemitu ullo necessariam medicinæ sævitiam accusaret. Quam verè prodigiosam in puero mentis firmitudinem neque Spartani illi impuberes olim superârunt, immanium flagellorum verbera sine lacrymis concoquentes. Nec Camillus ille sacrorum Minister, illapsum manui ignitum carbonem, ne sacris ejulando obnunciaret, fortissimè ac diutissimè sustinens. Augebat vulneris diritatem bimestris in sordido diversoriolo mora, & incommodus admodùm in præduro viatorio lectulo decubitus, cùm ipse tædio fallendo, ut erat ingeniosus, non puerilium oblectamenta nugarum, sed Viro digna remedia quęsivit, Virorum scilicet pietate, ac eruditione prętantium colloquia, quibus ipse sic animum pascebat, ut corpori minùs attentus, omnem ferè accepti infortunii memoriam amitteret. Ea igitur constantia, quę in puero fuerat, in Viro permansit: sic quidem, ut augeri in Viro vix potuerit, cùm jam ad virilem maturitatem in puero pervenisset. Hinc neque importuniùs umquam de morbo suo questus est, vel sanitatis jacturam, aut amissas vires, ullâ votorum vehementiâ sequutus. Si quid hujus recuperandæ desiderio modestè indulsisset, id studiis concedebatur; quorum usum valetudine eripi, etsi Vir studiorum amantissimus haud posset non dolere; sic tamen hunc dolorem ferebat, ut sapientem decet, non Stoicum quidem illum ἀκώλυτον καὶ ἀνικίαστον, verùm è Christianæ modestię lege, ac instituto compositum. Quin & solatio hoc esse potuit ipsi, qui cùm vix quicquam ignoraret, parùm sibi addiscendum superesse videret; & si quid à libris ultrà petendum esset, id vel ab Anagnoste accipi, vel à vivis ac spirantibus Bibliothecis desumi posse, hominibus nimirum eruditis, quorum VIRGINII domus velut Prytanæum justè censebatur. Cùm his ipse jam à puero perpetuò versari; cùm his ętatem agere domi, foris peregrinari; cùm his lęta communicare ac tristia; horum consiliis uti; horum scriptis inseri ad laudem, vel, tamquam maledicarum Averruncus linguarum, ad tutelam præponi. Horum

rum tenuiores munificentiâ ac liberalitate; potentiores obsequio ac fide sibi devinciebat.

Quos verò litterarum causâ dilexit, hi præcipuè fuêre, GASPAR SCIOPPIUS, IOANNES BAPTISTA LAURUS, IOANNES FABER, ANTONIUS QUÆRENGUS, HIERONYMUS ALEANDER, OCTAVIANUS VESTRIUS, CASSIANUS DE PUTEO, TARQUINIUS GALLUTIUS, FAMIANUS STRADA, GABRIEL CHIAERERA, IOANNES BAPTISTA MARINUS, CYNTHIUS CLEMENTIUS, DIDACUS SAAVEDRA, FRANCISCUS CANALIS, ASCANIUS PHILOMARINUS, IOSEPHUS NERIUS, CAROLUS MUTUS MARCHIO, FRANCISCUS DIOTALLEVIUS, IULIUS CÆSAR LAGALLA. Alteros tamē velut se amore quasi divino complexus, FEDERICUM PRĪNCIPEM CÆSIUM, quē semper obnixè coluit, & eloquentissimum Virum IOANNEM CIAMPOLUM, aulicæ vitæ Collegam: illum ob multiplicis solidiorísque doctrinæ, aliásq; causas ante commemoratas; hunc propter eximias Viri elegantias ac virtutes; quos quidem amplissimos utriusque titulos nemo mortalium ignorat. Quò magis miror, quid in mentem venerit non nemini, qui inter alios funebrem VIRGINIO laudationem scripsit, cùm indiculū texens, interiorum ejus amicorum præcipuos, ceu VIRGINIO ignotos pretermisit, quasi verò id piè sit amissos colere, si amici eorum sincerissimi, optiméque meriti subticeantur. Sic itaque luctantem cum morbis & calamitate CÆSARINUM uti amicorum favor non destituit, ita famæ ejus splendor, ceu purioris cujusdam astri jubar, longè latéque diffusus Principum etiam maximorum ei benevolentiam conciliavit.

Dictum alicubi memini à magno Oratore, virtutem si oculis cerni posset, mirabilem sui amorem hominibus excitaturam. At verò cùm ipsa cerni non possit, succidaneas quasdam sui velut imagines efformat, quarum amore perspectarum boni omnes ardentiùs inflammentur. Probum sanè & antiquum virtutis exemplum VIRGINIUS fuit; qui proinde, sicut omnium ordinū sibi clarissimos adjunxit; ita Principum virorum, qui de eâ plerumque rectissimè judicant, amicitias favorémq; promeruit. Quamobrem Optimi Pontifices, GREGORIUS XV, & URBANUS VIII. in Aulam evocatum intimo ille cubiculo preposuit; hic verò officiis aulicis, quæ in deducendis ad Principem clientibus ac salutantibus consistunt, preesse voluit. Eo uterq; consilio, ut Vaticanæ purpuræ insignibus mox honestum redderet: quem tamen honorem ipsi mors primùm aliena, erepto ex humanis GREGORIO; dein propria, sub URBANO sapientissimo PONTIFICE, ejus amantissimo, invidit. In iis Aulæ functionibus ita se gessit, ut paribus amabilis, inferioribus venerandus, nemini ob instantis fortunę splendorem odiosus esset. Equidem philtro illo Hecatonio, quod in comitate, affabilitate, & modestiâ positum, ita omnium sibi animos devinxerat, ut mereri vel invidi assererent, quod beni-

benignis mortalium judiciis publica ei vota prępagibant. Ipse constantissimi aliâs pectoris Princeps VRBANVS, accepto de VIRGINIANA morte nuncio, adeò familiariter eam tulit, ut lachrymas non tenuerit, & quid sibi in animo fuisset de ornando eo ac promovendo, vi doloris coactus non tacuit.

Pręter hos GENERIS HVMANI PRÆSIDES AC CVSTODES, alii quoque minorum Gentium Reguli CÆSARIANAM VIRTVTEM coluerunt; ut GVILIELMVS ille BAVARVS, Pannonici belli fulmen, cujus victorias & rapta de Bohemis rebellibus tropheą felicissimo carmine cecinerat. COSMVS etiam Hetruriæ, & RAINVTIVS Parmensium Duces. Vt omittam Romanæ Reges Purpuræ, quorum ardentia in VIRGINIVM studia sæpè Roma mirata est, aut veriùs Civi suo, & alumno gratulata.

Et verò quid non efficerent in nobilissimo Iuvene tam insignis animi castitas, tam ingenua liberalitas, tam singularis modestia, tam illustris in Deum Religio ac pietas? Vt vel si eâ eruditione non fuisset, ab hísce ornamentis inclarescere potuisset. PIETATEM certè ejus religiosam omnis vita testata est, probè, pudicè, innocenter acta: testata etiam studia unius æterni Numinis venerationi ac propugnationi dicata. Ostendunt quoque tot conscientiæ triennio ante mortem expiationes; tot lacrymarum inter supplicandum ac peccata confitendum effusiones; tam crebræ, támque profusæ in pauperes, & egenos largitiones. Quin illud quoque non vulgaris sanctimoniæ argumentum fuit: nisi valetudo obstaret, omni litterarum pompâ, & Romanæ Aulæ splendore deposito, sacratioris vitæ habitum assumpturus fuisset, vitámque, ut sæpè fatebatur, inter Viros religiosos in sanctiore aliquo secessu acturus. Cujus præclarę voluntatis testem esse POPVLVM ROMANVM voluit, cùm non alio quàm SOCIETATIS IESV vestitu efferri se jussit: ut animi instituto, quod ęgritudo negaverat, mors saltem felicior potiretur.

De insigni ejus castimoniâ nihil attinet dicere, cùm ob id studiorum laborem probâsse pręmiserimus, quòd eo se consequi affirmaret, ut DEVM cognosceret puriùs, amaret ardentiùs: minúsque sibi vitiorum blandirentur illecebræ, cùm otiosæ vitæ ignaviam negotiis litterariis eximeret. Illud tamen hîc non omittendum, hanc virtutum gemmam adeò in ipso etiam puero enituisse, ut domestici verbis subinde liberioribus inter se jocati, conspecto derepente VIRGINIO, velut à Catone aliquo deprehensi obmutescerent, & aliorsum sermonem converterent; quare non injuriâ, illud PARTHENIATIS, cognomen VIRGILII olim Poëtæ, VIRGINIO nostro, cui justiùs convenit, tributum ibimus: Eruditorum scilicet castissimo, & castorum omnium eruditissimo.

Heroicam ejus munificentiam ab ipsis pœnè crepundiis liberalissima pueri indoles ostendit, cùm scilicet stipem mendicantibus egenis illud

clar-

elargiri ſolitus eſſet, quod primum manui obvium accidiſſet. In Viro deinde obſervatum, eâ verecundiâ pauperibus ſubvenire ſolitum, ut vel oculos occluderet, quaſi quid daret, & cui daret, æquè mallet ignorare. Amico etiam Viro docto, aliquâ ope indigenti, ad trecentos aureos nūmos aliquando elargitus eſt; cùm tamen vix tantum ipſi in arcâ eſſet, unde ſe pro honeſtate generis, & dignitatis amplitudine decorè ſuſtentaret. Vt verò ſtudiorum causâ meliorem valetudinem, ita in ſtudioſorum gratiam opimiorem ſubinde cenſum deſiderabat; illúdque apud familiares ſuſpirando repetebat: *O utinam quod multis fortuna largita, mihi quoque conceſſiſſet: fidem meā adjuro, illud nō in Mimos, Paraſitos, Aucupes, Moriones, Canes; ſed in Typographeia, in Bibliothecas, in Muſeia, doctorum Virorum alimentaria conſumerem. O qualem me in re lautâ ac lætâ Patronum litteræ haberent! illæ maximè, quæ quòd opibus parandis minùs prodeſſe vulgò creditæ, quaſi pro derelictis habentur, Philoſophia, Philologia, & Matheſis!* Neq; dubitant amici, ſi benignior Deus paulò longiorem cum honore Purpuræ vitam indulſiſſet, quin quod ſic vovendo optaverat, quatenus licuiſſet, reipsâ effectum dare modis omnibus ſtuduiſſet. Ita magnis illis animis congenita ſemper liberalis ingenii vis: neque is, qui venuſtas artes aut humanas condidicit, umquā munificentiam ignoravit. Enimverò quemadmodum eximias formâ virgines nihil magis exornat quàm pudor, ſic Modeſtia, ſpecioſiſſima virtus, præclariſſimis ingeniis apicem elegantiæ imponere conſuevit. Modeſtiam autem voco non illam, quæ juxta Ciceronem, è pudore honeſto claram, & ſtabilem ſibi comparat auctoritatem; quæ in CÆSARINO laudatiſſima fuit: ſed eam magis, quæ in verecundâ animi ſubmiſſione omnem moleſtiam deprimit, & faſtu & ſupercilio depoſito, jucundè ac comiter in ſummâ etiam fortunâ cum hominibus quibuſque verſatur. Hanc Græci, quòd prudentium ſit comes, σωφροσύνην dixêre: Romanis, quòd modum in rebus agendis teneat, nomen potius eſt inditum. Hac igitur duce fretus noſter, nihil de ſe ſuperbè ſenſit umquam, aut dixit: devinctior etiam ob id PRINCIPI CÆSIO, cujus ſingularem animi moderationem in ampliſſimâ, ac ſupra fortunas omnes & dignitates eruditione, quanti ſemper habuerit, ſcripto ad illum poëmatio palàm fecit, in quo, eam dum mirum in modum extollit, adverſum in compluribus litteratis hominibus faſtum redarguit. Honores quantoperè contempſerit, qui tamen ſummè iis dignus, è dicto apparuit, quo amico ambitionis aulicæ artes aperienti reſpondit cordatè: Excelſa illa faſtigia, quibus hominum vota occupantur, numquam optavi; ſic verò ea conſequi non modò optandum, ſed abominandum puto.

Quòd ſi per ſingula Virginianarum virtutum capita ſtylum ducere voluerimus, priùs nobis verba, quàm materia deficient. Multa dixerunt

illi, qui pro funere illum laudârunt: multa amici privatis Elogiis expreſſerunt: multa in publico hominum ſenſu, & ore retinebuntur: Nihil enim (ut ille ait) de præſtantibus ad laudem viris obſcurum vel nunciari, vel prædicari ſolet. Mihi ſuffecerit abundantiſſimum hortum ingreſſo aliquem hinc inde decerpſiſſe floſculum, ſive, ut Pindarus ait, κορυφ' ἐς ἀρετᾶν 'πὸ πασᾶν, CÆSARIANÆ velut gloriæ peplo intexuiſſe. Summa hæc VIRGINII laus eſto, in tanto laudantium numero aliquid ſemper relictum, quod addi poſſit, vitaque ejus merita potiùs ſtylos ornâſſe omnium, quàm ulla ab iis Famæ poſthumæ ornamenta ſumpſiſſe. Ad finem itaque ejus cõvertar, hoc eſt, ſpecioſo honeſtiſſimæ vitę actui luctuoſam immaturæ mortis καταστροφὴν imponam. Languerat jam ſeptem adeò annis, & octennalem ægritudinis ſuæ inceperat periodum, cùm divina Benignitas

—— longos miſerata labores

Difficileſque obitus,

innocentem animam corpore abſcidit, Anno Chriſtiano MDCXXIV. ipſis Kal. April. cùm ad undetrigeſimum ferè ætatis ſuæ perveniſſet. Vixit quidẽ opinione omnium triennio diutiùs; nam crudâ illâ hyeme, quæ PAULI QUINTI BURGHESII vacantes Infulas excepit, adeò conſumptus fuerat, ut ἀδύνατον quivis crederet, in tam imbecilli corpuſculo aliquid vitalis ſpiritûs deinceps poſſe reſidere. Sic tamen convaluerat è periculoſiſſimo & atrociſſimo morbo, ut ad vitæ officia, ac ſtudiorum labores ſubinde ex intervallo rediret. Meditatione tamen mortis (quæ vera, ex Platonis dogmate, Philoſophia eſt) ita animo ſemper infixâ, ut octavo quoque die ad Sacerdotem recurreret, quę tenellam vellicarent conſcientiam, ſalutari Metanœâ expurgaturus.

Porrò quantum ſibi gratularetur ob Muſarum præſertim, dulciſſimarum amicularum, repetitam conſuetudinem, Elegiaco hoc carmine ad Cynthium Clementium Archiatrum Romanum ſcripto luculenter oſtendit.

Dicamus bona verba: animum jam verba ſequuntur.
Cur taceam ſurdam flebilis ante lyram?
En libet, en dulces imo de pectore cantus
Fundere: non renuunt ora recluſa loqui.
Vox mihi muta diu, vox longi cauſa doloris,
Veniſti tandem vox mihi muta diu.
O & ſingultu, ô & quæſita querelis:
Nunc te felici garrulus ore fruor.
Fallor? an has ſimulant ludentia ſomnia voces,
Quæq; cupit vigilans mens mihi nocte parit?

Sed

Sed fruor, & liber voces linguámque resolvo,
Attonitus monstris dum rata vota nego.
Ite procul questus: comptis hic Musa capillis
Adsit, & in niveis læta triumphet equis.
Nunc tempus faustis pulsare Helicona Camœnis,
Nunc redimire novo tempora flore juvat.
At te magne canam Clario dilecte Magistro
CYNTHIE, Phœbæo nomine, & arte potens.
Cùm tua vel mutis donent miracula vocem,
Vocalis citharæ præmia grata feres.
Per te hausi cœlum moriens, mentémque recepi,
Pectoris arcta patet te reserante via.
Ergo Castalii quodcumque è pectore rivi
Fluxerit, in laudes effluet omne tuas.
Si mihi Pœoniis in tristi pharmaca succis,
Mella ministravit si miserata manus.
Nos tibi Musæo flaventia pocula melle,
Et Charitum puro pinguia lacte damus.
Hæc bibe, quæ nentum Parcarum fila morantur
Pocula Lethæo non temeranda lacu.
Tu domitor fati Pataræâ nobilis arte
Eripis è structo funera mœsta rogo.
Túque potestates herbarum, túque metalla,
Chymica tu miris pharmaca cocta focis
Novisti: priscis quæ quamquam ignota Magistris
Mortem exspectantum corpora fessa levant.
Cùm mihi tabentes macies exederat artus,
Cúmque ferè tenui corpore nullus eram;
Iam tum spondebas dulcis mihi lumina vitæ
Gutture ab obsesso libera verba fore.
Nec mora: sulphureis medicatas viribus offas
Artifici nobis sedulus igne paras.
Hæ mihi mandenti latebras pulmonis anheli,
Et recreaverunt tabida membra lue.
Hinc validi ardentis flores rediêre Iuventæ,
Pristinus adflavit squallidáque ora color.
Sulphura cœruleis, fulgentia sulphura flammis,
Quando ego vos merito laudis honore canam?
Vos tonitru terras, cœlum vos omne cietis
Fulminibúsque Iovis semina magna datis.

Cùm Pater ingenti combusta Ceraunia Cœlo
  Dejicit, & fracto culmine vertit Athon.
Per vos exundant inimicis ignibus arces,
  Terrifico sonitu Martiàque æra tonant.
Balnea quæq; fluunt tristeis pellentia morbos
  Gignitis; hîc vestro truditur igne lapis.
Intepet inde Aponus, medicisque salutifer undis
  Stagna Dicarchæus fervida sudat ager.
Quin etiam vester magna per viscera Matris
  Spiritus ignescens cruda metalla coquit.
Fulgurat hinc aurum, atque argenti flumina vivi,
  Vulnificúsque chalybs irriguo amne rigent.
Quid majora sequar? vos & primordia rebus
  Acri sufficitis sulphura mixta sali.
Quíque fluit volvens tenuis se fluctus odorum,
  Perpetuas vestro sumit ab igne dapes.
Quid memorem Enceladi vivax post fulmina corpus
  Ardua sulphureis ut premat Aetna jugis?
Et Iovis Inarime jussis complexa Typhœum,
  Quanta rotet scopulis sulphura glauca cavis?
Sulphur ovans pœnas fractâ de gente Gigantum
  Sumpsit, & hoc Cœlum vindice regna tenet.
Nec non lustrali purgari sulphure fontes
  Relligio antiquis credita fertur avis.
Actoriden Peleu, sic Pelea solvis Acaste,
  Amphiaraidis sic Acheloe nefas.
Sic ego, sic puro lustratus pectore tandem
  Carmina lætitiâ fausta docente cano.
Adsitis Musæ, Medicinæ talis & artis
  Vósque repertori mollia serta date.
Ah! gemat antiquis si quis tantùm adstupet annis,
  Spernit & ætatis dia reperta novæ.
Omnia non potuit prudens reperire vetustas,
  Atque alia ex aliis extudit arte dies.
Phœbigenæ cœptis potuit præcepta Melampus
  Addere, Phyllhridis multáque cura dedit.
Vlceribus tetris per gramina tunsa mederi,
  Vulneribúsq; cavis prima medela fuit.
Mox & morborum tristes exstinguere pestes
  Inventum est ausis, inclyte Coe, tuis.

Non

Non adeò effœta est hominum experientia sollers,
Vt nova non possit cudere sæpè labor.
Ni nova tentâsset Tyri hena per æquora Amalphis,
Magnetum regeret non vaga vela lapis.
Hujus at auxiliis olim cantata Poetis
Ridetur veterum gloria parta mari.
Arctos jam propior nobis, jámque ultima Thule est:
Nautica lustrârunt cornua Solis iter.
Extra hominum famæq; vias tentare repôsta
Ausus es audaci littora puppe Ligur.
Garrula cede novis tua sydera puppibus Argo,
Neu Regum jactes ad tua transtra manus.
Tristia junguntur veteris divortia mundi,
Naturæq; patent quæ latuêre sacra.
Nascentem populis licuit te Nile videre,
Et scit cui tantas debeat Orbis aquas.
Novimus æstiva fœcunda licentia lympha
Solstitiis hyemes cur ferat amne suas.
Zona rubens nimiis non torreat æstibus Indos,
Illic perpetuo rore virescit humus.
Non Eous ager pluviali supplicet undæ,
Indica continuis imbribus arva madent.
Hæc Zephyri alarum plausu loca fervida mulcent,
Mitis ubi halantes Eurus alit segetes.
TAPROBANE testis, testes freta sparsa MOLVCCIS,
Ora HELENAE insignis nomine testis erit.
Arváque quà Ganges auratâ pinguis arenâ
Egerit in dominum fulva tributa Mare.
Quid, quòd & Arctoi laxantur claustra profundi,
Quà fluctu, & ventis æquora dura carent?
Dilecta Tethydi Belgarum stantia naves
Marmora sulcârunt non adeunda rate.
Illic, ut perhibent, torpescit frigore Pontus,
Atque intempestus stat sine luce dies.
Hic rerum finis, Chaos hic, atque ultima mundi
Natura hoc tristi limite fessa riget.
Vela Batava sequi potuit non lumine Phœbus,
Quà venêre undis cærulea unda perit.
Informes Phocas, incano corpore turpes
Spectârunt ursos, quos alit Vrsa gelu:

Quam

Quam sepé optarunt ventorum prælia Nautæ
Perque procellosum pandere vela fretum ?
Excuterent tandem sese ut torpentibus undis ;
Edocet ire recens in nova vota timor .
Indomito tandem regnans in pectore virtus
Vicit concreti sæva pericla sali .
Ite Animæ egregiæ , fortunatæq́, laborum,
Ite in fata alacres quò nova fama vocat .
Ite citæ,& vestras meditando expromite vires,
Quæ Veterum nullo semita trita pede .
Gloria multa manet . Quis te GALILAEE silebit?
Longa tibi in chartis regna futura cano.
Non tantùm radio veterum describere cœlum,
Sed vitro es superas ausus inire domos .
Pérque novas artes tradis nova sydera mundo,
Non Ptolomæis sydera nota libris ..
Pleiadúmque, Hyadúmque choros sine nube videmus,
Et tua per Cœlum splendida damna Venus .
Vidimus ignoto quondam quæ lacte nitebat
Stellarum spissâ luce coire viam .
Admovisti oculis nostros fugientia visus ,
Per varios obitus astra secuta Iovem .
MEDICEA Heroum soboles cape læta triumphum,
Astris insereris concilióque Iovis.
Ipse etiam nigrâ tinctum ferrugine Solem,
Pallentes maculis jungere vidit equos .
Quid triplex sydus Saturni, aut Cynthia vultus
Fabor scruposâ nocte latere tuos ?
Hæc priscis ignota olim prudentia major
Repperit auspiciis artis , opísque novæ.
Ite citæ,& vestras meditando expromite vires,
Ite Animæ egregiæ,quà via nulla patet .
At tu Musa procax, Elegi tenuésque valete,
Non hæc sunt gracili facta canenda lyrâ .

Testamenti tabulis, quas Aquaspartæ apud PRINCIPEM CÆSIVM scripserat, fratrem dilectissimum ALEXANDRVM CÆSARINVM, Virtutũ, studiorúmque omnium socium nuncupavit hæredem. Amico vitæ aulicæ contubernio & Musarum συμμουσίᾳ in paucis ipsi caro atque jucundo plura legavit. ACADEMIÆ verò LYNCEÆ Bibliothecam, ejus usu ei, quem diximus, amico in omnem vitam benignè concesso. Adjecit & honorarium in usus liberales Academicos impendendum, prout facul-

tas ejus ferebat, sanè honorificum & liberale. Multa item in egenos, multa in pia sacrarum ædium loca iisdem tabulis dispensata: quæ ita mox exsequéda HIPPOLYTO CARD. ALDOBRANDINO, & PRINCIPI CÆSIO commendavit. Vitâ functum S.P.Q.R. funere publico extulit, sepulturâ in ęde VIRGINIS CAPITOLINÆ decretâ. ALEXANDER GOTTIFREDVS, è Societate IESV, oratione funebri ibidem laudavit. Honoris id adjectum ex S.C. ut Statua ipsi in Capitolio inter Regias ac Triumphales, tamquam ERVDITORVM ac SAPIENTVM CÆSARI, poneretur. Amici passim Lessis, Epicediis, Cenotaphiis amissi memoriam celebrârunt. Nos in Parcis nuper editis hoc illi ἐπιτάφιον posuimus.

VIRGINIAS Lauros, & nigræ dura cupressi
Ad magni tumulum ponite VIRGINII,
Divæ Heliconiades: nam quas constanter amavit
Vos æquum est tumulo dona suprema dare.
Hoc etiam officiis mæsta superaddite carmen:
MVSARVM HEIC RECVBANT DELICIÆ AC CHARITVM.

F I N I S.

AD DEI OPT. MAX. Gloriam.

Mc

